

HORARII CYLIN-

DRINI CANONES.

Obseruandissimo viro domino & Magistro Danieli Schmidt Ecclesiæ diuæ Virginis Mariæ Norinbergen. Primario:
Ioannes Schoner Charolopolitanus. S. D.



AM & si insolitum, haud tamen præter amici officium uideatur, tibi nunc media literarum occupatione ereptas literas mittere præceptor obseruan-
dissime, quibus ueteris necessitudinis abolitam (quam forsitan existimas) consuetudinem instau-
rare conaturus: hoc instrumentum (Cylindrus
quod fertur horarum æqualium, inæqualiumq; index) è penu meorum negotiorum sumptum:
ibi amico optimo dedicare statui: quo in uiolatae apud te amicitiae signus maneat. Qui uero dignior eo foret inter mortales te præter occurrebat nemo: ut quem olim in uenandis bonarum artium ornamenti præceptorem habuerim: nunc monumentorum meorum sis defensor acerrimus. Puto namq; tuto ea tecum commorari: ne liuida latran-
sum ora incursent lanianda: Cætera quoq; tuæ pietatis in me experientia tanta sunt: quâta nulla temporis uicissitudo obrutura sit unquâ-
teris obsecro hanc menti meæ sublatam familiaritatem, quâ studijgra-
la alternatim Erfordiaæ egimus: Quippe eam nisi fata infœlicia tule-
nt, perpetuo animo insidebit. Hoc igitur instrumentum tibi nunc upa-
m firmissimum foederis uinculum: boni consule. Meq; in omnibus
bi obsequuturum ama: Vale ex Babenbergia pridie idus februarij.
anno 1515.

Declaratio